Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et saluabit nos. Tunc aperientur oculi cecorum et
aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut cer
uus claudus et aperta erit lingua mutorum. Quia
scisse sunt in deserto aque et torrentes in solitu
dine. et que erant arida in stagnum et sitiens
in fontes aquarum. Clamauit propheta ex
cessu letitiam et exultationem. Sed quia cognouit
eam multa aduersa esse passuram hortatur for
tiores qui in ea sunt ut manus que dissolute
et languide sunt in bono opere confortent ge
nua debilium ne forte lassentur corroborent.
Quatenus sic in stadio currant ut ad brauium
pertingant. Dicant pusillanimis et meticulo
sis ne timeant quia cito deus ueniet qui eos
saluabit et de inimicis ulciscetur. Quod autem ait
tunc aperientur oculi cecorum et aures surdorum
patebunt. quamuis spiritualiter intelligi possint. omnia
tamen in Christi aduentu ad litteram completa
sunt. Unde ipse dominus ait. Ite dicite Iohanni
Ceci uident surdi audiunt claudi ambulant
mortui resurgunt et cetera. Spiritualiter tamen oculi
cordis aperti sunt ad intelligendum et aures ad
euangelium audiendum. claudi in celos sali
unt. muti in dei laudibus concrepant. quoniam
uerbi dei doctrina super omnes cotidie diffunditur
unde et sequitur quia scisse sunt in deserto aque
et torrentes in solitudine et que erant arida
in stagnum conuersa sunt et sitiens terra muta
est in fontes aquarum. Unum enim est atque idem
quod dicitur sed in uerbis uariatur. Scisse sunt
enim aque per desertum et habundanter fluunt.
quia quatuor euangeliorum flumina totum
gentilem populum ubique irrigauerunt. Unde et
dicitur fluminis impetus letificat ciuitatem
dei.

In cubilibus in quibus prius dracones habitabant
orietur uiror calami et iunci. Et erit ibi se
mita et uia sancta uocabitur. Non transibit per eam
pollutus et hec erit nobis directa uia ita ut
stulti non errent per eam. Non erit ibi leo et
mala bestia non ascendet per eam. nec inueni
etur ibi. Tanta enim ubique inundatio aqua
rum erit. ut etiam in desertis et siccis locis in
quibus dracones habitare solebant uiridis iun
cus et calamus oriatur. Per quod datur intel
ligi quia gentilis populus in quo prius dya
bolus regnabat non ulterius in deserto habitabit.
sed iuxta aquas baptismi et secus fontes scrip
turarum conuersabitur. Et erit ibi semita et
uia sancta uocabitur per quam et deus ad ipsos et ipsi
ad deum uadant. De hac enim uia dicitur. Parate
uiam domino rectas facite semitas eius. Et
alibi beati immaculati in uia qui ambulant
in lege domini. Unde et sequitur non transibit
per eam pollutus. Non enim soli uanitatibus
polluuntur qui per legem et mandata dei recte
incedunt. Hec enim uia directa est ita ut stulti non
errent per eam. Nullus enim de ignorantia se ex
cusare potest nullus legem ignorat. Sufficit enim
scire quod tibi non uis alii non feceris. Non erit
ibi leo ille uidelicet qui circuit querens quem de
uoret. Uide ergo quam utile sit semper esse in uia dei. Quam
diu ibi es non temptaris. Exis de uia et statim
leonem incurris. Et mala bestia non ascendet per
eam. nec inuenietur ibi. Non enim per uiam maligni
spiritus sed secus uiam gradiuntur ut eos inua
dant qui de uia exeunt.

Et ambulabunt qui liberati fuerint et re
dempti a domino conuertentur et uenient
in syon cum laude et letitia sempiterna super
caput eorum. Gaudium et letitiam obtinebunt
fugiet dolor et gemitus. Per hanc inquit ui
am ambulabunt qui liberati fuerint a malo et
redempti a domino per sanguinem agni. Et tan
dem post multum laborem tanti itineris fatiga
ti conuertentur in patriam et uenient in syon et
in celestem Ierusalem cum laude et letitia sempiter
na erit super caput eorum triumphi et uictorie
coronis susceptis. hoc est enim quod apostolus ait.
Bonum certamen certaui cursum consumaui
fidem seruaui. De reliquo reposita est michi co
rona iustitie. Gaudium et letitiam obtinebunt
et fugiet ab eis omnis dolor et gemitus. Quale
gaudium et qualis illa letitia erit exponere non
ualeo et quia non ualeo inde letor et gaudeo.

Et factum est in quarto anno regis C. 36
Ezechie. Ascendit Senacherib rex as
syriorum super omnes ciuitates
Iuda munitas et cepit eas. Et mi
sit rex assyriorum Rapsacen de lachis in Ierusalem
ad regem Ezechiam in manu graui. Et stetit in
aqueductu piscine superioris in uia agri fullo
nis. Et egressus est ad eum Elyachim filius
Chelchye qui erat super domum et sobna scriba.
et Iohe filius Asaph a comentariis et dixit ad
eos Rapsaces. Dicite Ezechie. hec dicit rex mag
nus assyriorum. Que est ista fiducia qua con
fidis. aut quo consilio et fortitudine rebellare
disponis. Super quem habes fiduciam. quia recces
sisti a me. Ecce confidis super baculum arundine